

tus est diabolo, & angelis eius. Hæc Aug. Hinc seipsum quilibet iudicare potest ex propria loquela, & auditu, si audit, & loquitur de superioribus, ac eç lestibus, superior est, & celestis. Si de inferioribus d'abolí operibus de luxuria, vana gloria, diuitiis ac voluptatibus feculi, ceterisque turpititudinibus, inferior est, cuius patria est infernus sicut diuitiis epulonis. Luc. 6.

Auditus surditatem, & lingue vin-
culum, quod diabolus operatur in filiis
diffidentia. Audiamus si quis deceptus
est, sua culpa, surdus factus, & mutus,
quemadmodum curari poterit, docuit
hoc dominus in curatione huius, de-
ciendum quo euangelium. Quinque per ordinem
circa hunc egrum acta sunt. Primum
adductus est ab aliis orantibus pro eo.
Et quis efficacior orator, quam sponsa
Christi ecclesia, quam sponsus libenter
audit, & exaudit? Nam & id se facturum
multipliciter promisit. Qui ergo se sur-
dum, & mutum agnoscit, ita ut ipse ad
dominum accedere formidet, mittat
pro se ecclesiam. Iungat se ecclesiae pre-
cibus, & officiis, & se commendet deuo-
tis Dei famulis, sibique proceret inter-
cessores elemosynis, per quos adduci
posit ad dominum. Iacobus. Orate pro
inuicem, ut saluemini, quia multum va-
let oratio iusti assida. Consideret gra-
uitatem, & periculum huius spiritualis
infirmitatis, & vigilat, & discutat, non
der animæ sua requiem, hoc libenter
suebat pro æterna morte cauenda, qd
faceret pro temporali morte differen-
da. Secundum est, vt se separet à turba
relinquat societas noxijs, qn nullo
diuinæ legis freno reguntur, quorum vo-
luntas propria vita sua regula est, qui
bus minus curet ostendere Deum,
quam canem, quorum nedum actus
sunt peruersi, sed mens, & cognitio si-
mul, & verba sonant patriam infernal-
em, quibus poena est audiens, vel loqui
de superioris. Illos enim nisi quis deserat,
curari non potest. Nam vt dicit glosa,
prima salutis via est, de turba educi.
Item teste Isido. Qui tangit picem, in
quinabitur ab ea, nec habitans cum ser-

pentibus diu tutus erit. Impossibile est
nouam vitam inchoare, nisi recedatur
a veteri. Et quomodo potest auditum
coelestium recuperari apud eos, vbi nū
quam talia resonant, que audire refu-
giant? Aut quomodo potest lingua sol
ui ad verba faluis, vbi iuges refonent
blasphemias, maledictiones, periuria, la-
sciuitas, turpitudines, detractiones, & hu-
iustimodi.

Tertium est immixtio digitorum Chri-
sti in auriculas. Per digitos secundum
genitum, intelliguntur dona sancti spiritus,
quibus aures cordis aperiuntur ad in-
telligendam, & suæ cipienda verba salutis,
his donis in cognitione veritatis, & af-
fectu charitatis perfici, est digitos Chri-
sti in aures cordis suscipere, & cum af-
fectu desiderare, nam sicut per dexteram
filii, ita p digitos intelliguntur spiritus
sanctus, secundum illud hymni. Dextre
Dei tu digitis, vel per digitos manus,
intelliguntur discrete operationes, unde
tunc digitos in auriculas suscipit. du
qua audiendo intelligere potest, opere
perficit. Hoc enim maximè digni redi-
dit intelligere maiora, si minora intel-
lecta ad opus deduxit. Hinc dominus
Math 25. Euge serue bo. & fid. quia in
paucis fulti fidelis, supra multa te con-
stituam. Quartum tactus lingue salu-
oris domini. Sputum, vel saliva ex
ore domini secundum glolam sapor
est sapientia Dei, que dicit, Ego ex ore
altissimi produxi. Eccl 24. hec lingam
tagit, dum ad verba confusioneis fidei,
eiisque saporem instruit, vi iam non li-
beat vanis, aut faciosofis, sed nec ocio
sis sermonibus lingua accommodare, sed
omnia loquenda prius per libram diu-
inæ sapientie ponderare. Lingua no-
stram tangit saliva domini, quotiens ad
lingue nostræ refrenationem memorar-
mur verborum diuinæ sapientie. De
omni verbo ocioso, quod locuti fuerint
homines, reddent rationem in die iudi-
cij. Nam ex verbis tuis iustificaberis, &
ex verbis tuis condemnaberis. Mat 12.
Et illius 1. Cor. 5. Corrumptum bongos
mores colloquia mala. Et illud ad Eph.
4. Prophana multiloquia deuicta, omnis
ser

Cur do-
min' im
ist in
gatos in
auricu-
las fureti